

# PRACTICA

MVSICA HERMANNI FINCKII,  
EXEMPLA VARIORVM SIGNORVM,  
PROPORTIONVM ET CANONVM, IVDI-  
CIVM DE TONIS, AC QVÆDAM DE  
ARTE SVAVITER ET ARTIFICI-  
OSE CANTANDI CON-  
TINENS.



VITEBERGÆ EXCVSA TYPIS.  
HÆREDVM GEORGII  
RHAVV,  
ANNO M. D. LVI.





# ILLVSTRIBVS

## DOMINIS COMITIBVS A

### GORCA MAGNIFICO DOMINO

LVCÆ PALATINO BRZESTENSI, ANDREÆ  
 & Stanislao Buscensibus, Valcensibus, Gneznenſis  
 bus, Colensibus Capitaneis, &c. S. D.  
 Hermannus Finck Birnenſis,



**T**OTVM OPIFICIVM HO-  
 minis plenum est ingentium miraculo-  
 rum, quæ non solum acie humanæ men-  
 tis penetrari, ac penitus cognosci non  
 possunt, sed ne quidem numerari om-  
 nia queunt. Miranda est sensuum ex-  
 tructio, sed in mente & cerebro cogitatio, formatio  
 imaginum, ratiocinatio, iudicium, memoria, noticiæ  
 insitæ, & iudices recte & secus factorum, dolor cor-  
 dis uindex scelerum, sunt admirabiliora. Hæc fieri  
 scimus, quomodo fiant spirituum & cerebri congru-  
 ente motu, non perspiciamus: Sed sic condita sunt  
 omnia, ut sciamus, hanc rerum naturam, non casu ex  
 Democriti atomis confluisse, sed magno consilio &  
 summa arte, ab architecto immensæ potentæ, sapi-  
 entię & bonitatis, extructam esse. Testimonium  
 igitur de Deo est hoc totum ædificium, in quo etiam  
 singulare opus est, sensus harmoniarum. Cerebrum,  
 mens, cor, suauiter adficiuntur uocum consonantijs,  
 & ad uarios adfectus traducuntur, ad placidos &  
 turbulens

turbulentos motus, ad læticiam & moesticiam, ut Alexander Musico bellicum canente, tanquam præliaturus exiliebat, & eodem remittente melodiam, residebat tacitus. Hæc ita fieri sentimus, cur uocum percussio in cerebro, mente & corde, tantam uim habeat, non scimus, sed agnoscamus sic a Deo conditam esse hominum naturam, nec fortuitas esse uocum consonantias, sed certis metis harmonicæ proportionis contineri, in qua singularis est sapientia. Multiplex usus est Arithmeticæ proportionis & in Physica & in contractibus, ut in nutritione tantum transformatur, quantum assumere & coquere natura potuit, & in contractibus, si libra una ceræ ualeat una drachma, decem libræ ualebunt decem drachmis. Hic usus Arithmeticæ proportionis manifestus est, cui uetustas dixit, similem esse Democratiam, in qua leguntur magistratus ex omnibus sine discrimine generis, opum & industriæ. Late etiam patet usus Geometricæ proportionis, ut in artibus & officijs, ubi & personarum & artium fit collatio, ut sicut ad imperium Castrense idoneus est Scipio, sic idoneus est Lælius ad senatoriam gubernationem. Hic & personæ & numeri discernuntur gradibus. Quare huic proportioni uetustas comparauit Aristocratiam, in qua anteferuntur antecellentes industria in quolibet genere & meritis, cæteri negliguntur. Ac Plato dixit beatam esse hominum uitam, ubi in gubernatione, uel exiguum Geometricæ proportionis Deus Imperijs tribuit. Vt si Themistocles ignarus Musicæ sit Senator,

**Senator, Timotheus uero Musicus doceat Musicam.**  
 Horum graduum distinctio salutaris est uitæ, ut omnes sani intelligunt. Quam cum non obseruet Democrazia, quæ sine discrimine ex omnibus eligit Musicos, ex nautis & cerdonibus, manifestum est hanc æqualitatem perniciosam esse. At extra Harmonias ubi conspici in Physica, aut in contractibus, aut in moribus usus Harmonicæ proportionis potest? Vix inuenio exempla. Vetustas ad oligarchiam contulit: ut enim concursus est numerorum, quorum non est similis proportio inter sese 6. 4. 3. & tamen differentiarum similis est proportio: ita in oligarchia concurrunt gubernatores dissimiles genere, opibus, industria, meritis, quorum tamen eadem est auctoritas, & ut ita dicam, consonantia. Mihi uidetur concinnius accommodari ad Ecclesiam, in qua non est concursus sine discrimine omnium honestorum & sceleratorum, qui tales maneat. Nec electio fit Geometrica proportione ex uirtute & meritis, Sed ualeat ibi dulcissima Harmonia Musica, quia concursus est dissimilium, honestorum & deformium, Ioseph, Daudis, & Latronis in cruce. Sed hi sic concurrunt, ut sit proportio consentiens differentiarum, uidelicet consonantia in agnitione filij Dei ac fide. Hæc si quis diligentius considerabit, animaduertet, in quolibet genere proportionum, admirandam sapientiam proponi. Physica plurimum requirunt Arithmeticam æqualitatem, gubernatio humana Geometricam, in Ecclesia conspicitur Harmonica. Præcipue enim De

us Musicam generi humano ideo attribuit, ut cantu comprehenderetur, & alijs traderetur uera doctrina de Essentia & uoluntate Dei, simul ut memoria extenderetur, quia cantilenarum diuturnior est memoria, & ut adfectus doctrinae congruentes excitarentur, ideo semper in Templis ueræ Ecclesiae, & retenta est Musica, & culta est. Itaque & proportionem ipsam Harmonicam, uoluit Deus imaginem esse collectionis Ecclesiae ex concursu dissimilium numerorum, quorum tamen sit in fide consonantia. Deinde & aliae sunt congruentiae. Vt autem Deus uult caeteras artes Ecclesiae utiles a gubernatoribus foueri, ita uult & Musicae studia ab eis conseruari, qua in re magna laus & fuit, & nunc est Regum Poloniae. Exstant melodiae, in quibus magna artis perfectio est, compositae ab Henrico Finckio, cuius ingenium in adolescentia in Polonia excultum est, & postea Regia liberalitate ornatum est. Hic cum fuerit patruus meus magnus, grauissimam causam habeo, cur gentem Polonicam praecipue uenerer, quia excellentissimi Regis Polonici Alberti, & fratrum liberalitate hic meus Patruus magnus ad tantum artis fastigium peruenit. Itaque in editione huius operis, praecipue ad Celsitudinem uestram scripsi, ut ostenderem me beneficiorum memoriam, quae in meam familiam a Regibus & Principibus Polonicis collata sunt, perpetua gratitudine & retinere & celebrare. Fuit eximia erga me quoque liberalitas Celsitudinis tuae Illustris Domine Stanislac, Quare & fratrum & tui nominis  
mentio

mentionem hic feci, & uobis hoc opus dedico, ut gratitudinem meam & obseruantiam erga uos perpetuam, ostendam. Fuit excellens sapientia & uirtus, Illustris Domini Comitis a Gorca, Andreae patris uestri, & fuerunt salutaria Regno consilia eius, & foelix militia. Ab hoc semina uirtutum in uos propagata, & disciplina patris aucta & confirmata sunt. Itaque optimi patris Exempla cum imitemini, magna laus est iusticiae, fidei, grauitatis & continentiae uestrae, non solum in Regno Polonico, sed etiam apud alias Gentes. Scio etiam honestas artes & Ecclesiae utiles, a uobis diligere & foueri. Quare & Deum precor, ut uos seruet & gubernet, & oro Celsitudinem uestram, ut me tanquam humilem clientem & uobis addictum, simul cum hac dulcissima arte benigne tueamini. Bene & foeliciter ualeat

Cels. V. Anno 1556. Die uerni  
æquinoctij.



# MVSICA



*Musica leticia comes & medicina dolorum  
In te nocet, duce te cura sepulta iacet.*

DE IN

# DE MUSICAE INVENTORIBVS.



INTER CÆTERAS PRÆCLARAS artes quæ uerè DEI dona sunt, non infimum locum tenet Musica. Agnoscere autem Dei beneficia debemus, & Deo gratias agere pro conseruatione liberalium artium, & statuere ideò esse traditas, ut Deus per illas celebretur. His rebus admoniti excitemus animos nostros, ut Musicam summa cura amplectamur, & nos diligenter in ea exerceamus. Nec imaginandum est Musicam nouum aut uulgare studium esse, sed sciendum eam ab antiquis Patribus primo statim tempore cultam esse, ut nulla ferè ars sit, cum qua Musica antiquitate non certet. Constat autem ex Genesi illam à Tubal filio Lamech inuentam esse, uocatur en' n pater Musicorum Gene. 5. de qua re paulò post copiosius dicam. Quod itaq; Musica tanto temporis spatio non deleta est, sed magis magisq; illustrata, quis neget ingens Dei beneficium esse? quare sanctorum Patrum autoritate, & multarum gentium exemplo huius artis studium amare & fouere discamus. Neq; enim solis Patribus cognita fuit hæc doctrina de Musica, sed etiam uarijs gentibus tam barbaris quàm Romanis & Græcis. Verum quò quæq; natio ingeniorum præstantia celebrior fuit, eò magis Musicæ studium amauit, Sed ommissis alijs dicam de Græcis hominibus omni doctrinæ genere excultis, apud quos in tanto honore et precio fuit Musica, ut refert quoq; Cicero, ut summam eruditionem sitam censerent in nervorum uocumq; cantibus, adeò etiam ut non parum detraberetur existimationi maximorum uirorum, propter huius artis ignorantiam

norantiam, ut si hanc artem non didicissent, non satis exculsi doctrina putarentur. Nam Themistocles, quamvis sapientiae opinione & rerum gestarum gloria floreret, tamen cum in consuiuiuo recusasset fidibus canere, cepit indoctior haberi. Et Isidorus ait fuisse tam turpe nescire Musicam, quam literas. Et reuerendus pater dominus Martinus Lutherus piæ memoriæ sæpè dicere solitus est, multa semina bonarum virtutum inesse animis ijs, qui Musica afficerentur, Qui uerò non, truncis & lapidibus esse simillimos. Sed quia non est instituti nostri longam huius artis commendationem instituere, sed tantum quædam ad incitandos Adolescentes præmittere, hæc dixisse sufficiat. Nunc ad Inuentores Musicæ transeamus.

De Musicæ inuentoribus, alij aliter sentiunt, nec sanè mirum est, antiquissimæ artis authorem minus certò sciri. Cælius antiquarum lectionum lib. 5. ait. Si Iosepho ac Sacris literis ulla fides adhibenda est, Tubal filius Lamech inuentor eius præcipuus, & antiquitate primus ante diluuium duabus tabulis, latericia scilicet, & marmorea posteris eam reliquit inscriptam, ut siue igni siue aqua mundus puniretur, alterutra columnarum non aboleretur. Marmor enim non liquefcit, Lateres uerò humore non resoluuntur. Idem etiam dicitur cytharæ, & organorum usum tradidisse. Siue uerò ipse Tubal Musicam inuenerit, siue à Deo edoctus sit, non multum refert: Verisimilius tamen est DEum ipsum ei Musicam tradidisse. Idem sensisse videntur gentiles homines. Nam cum Homærus Apollinem Cythara canentem fingit, proculdubio Musicæ originem ad Deos referri vult. Quod de reliquis Inuentoribus afferunt authores, fidem non meretur. Nam cum propter antiquitatem ueri authoris nomen obscuratum esset, quilibet se huius artis inuentorem dici uoluit. Referunt nempe alij Orpheum, alij Lynum & Amphionem, alij Pythagoram primos authores esse. Eusebius Dionisio, Diodorus Mercurio, Polybius Arcadum maioribus huius artis inuentionem attribuunt.

Ego de




Ego de hac re sic sentio, hos quidem Musicam non inuenisse, sed illam nouis præceptis ornasse, & illustriorem reddidisse. Postea alij quasi noui inuectores secuti sunt, qui propius ad nostra tempora accedunt, ut Iohan: Greisling, Franchinus, Iohan Tinctoris, Dufai, Busnoe, Buchoi, Caronte, & alij multi, qui etiam si ipsi quoque composuerunt, plus tamen in speculatione & docendis præceptis operæ posuerunt, & multa noua signa addiderunt. Circa annum millesimum quadringentesimum & octuagesimum & aliquantò post alij extiterunt præcedentibus longè præstantiores. Illi enim in docenda arte non ita immorati sunt, sed erudite Theoricam cum Practica coniunxerunt. Inter hos sunt Henricus Finck, qui non solum ingenio, sed præstanti etiam eruditione excelluit, durus uerò in stylo. Floruit tunc etiam Iosquinus de Pratis, qui uere pater Musicorum dici potest, cui multum est attribuendum: antecellit enim multis in subtilitate & suauitate, sed in compositione nudior, hoc est, quamuis in inueniendis fugis est acutissimus, utitur tamen multis pausis. In hoc genere sunt et alij peritissimi Musici, scilicet, Okekem, Obrecht, Petrus de Iarue, Brumelius, Henricus Isaac, qui partim ante Iosquinum, partim cum illo fuerunt, et deinceps Thomas Stoltzer, Steffanus Mahu, Benedictus Ducis, & alij multi quos breuitatis gratia omitto. Nostro uerò tempore noui sunt inuectores, in quibus est Nicolaus Gombert, Iosquini piæ memoriæ discipulus, qui omnibus Musicis ostendit viam, imò semitam ad querendas fugas ac subtilitatem, ac est author Musices plane diuersæ à superiori. Is enim vitat pausas, & illius compositio est plena cum concordantiarum tum fugarum. Huic adiungendi sunt, Thomas Crecquilon, Iacobus Clemens non Papa, Dominicus Phinot, qui præstantissimi, excellentissimi, subtilissimiq; & pro meo iudicio existimantur imitandi. Itemque alij sunt, Cornelius Canis, Lupus Hellinc, Arnolt de Prug, Verdilot, Adrian Vuilhart, Gossen Iunckers, Petrus de Machicaurt, Iohan Castileti, Petrus Massenus, Matheus Lemeistre, Archadelt, Iacobus Vaet, Sebastian Hollander, Eustachius Barbion, Iohan Crespel, Ios-

quin Baston, & complures alij: Hos ego & alios etiam, quorum hic non feci mentionem, in alio libello recensebo, Ibiq; multa de vita & studijs ipsorum, tam veterum quam recentiorum, quantum quidem non solum ipse vidi aut legi, sed etiam ex aliorum relatu cognoscere potui, adijciam. Hi Musici ex tempore ad omnem propositum choralem cantum pertinētes voces adiungunt, & contra punctum suum pronuntiant, dulcedine vocis alios longe superant, & verum finem artis consecuti, & apud nostrates in maiore sunt admiratione & gratia quam ceteri.

## MUSICA QUID SIT.

MUSICA est modulandi peritiā, cantu, tactu & mensura consistens.

### DIVISIO MUSICAE.



Choralis, quæ & plana & Gregoriana, seu uetus dicitur, quæ in suis notis æquam seruat mensuram.

Figuralis est, quæ inæquales habet figuras, quarum quantitates nunc augentur, nunc minuuntur, iuxta uariè præscripta signa, Dicitur etiam Mensuralis & noua.

## VTILITAS MUSICÆ.

Utilitas Musicæ hæc est: Si quis operam illi dederit de cantus qualitate an uulgaris an urbanus, an falsus sit, iudicabit, Ac inter omnes utilitates hæc est præcipua, quòd huius artis magnus usus est in templis. Deinde accedunt & alia commoda, uidelicet quòd ea est gubernatrix affectuum, Potest enim anxias curas discutere & omnes affectus optime temperare & regere, ut ex tristibus læti, ex iratis sedati efficiantur: Atq; adeò amicum & blandum quiddam est Musica, ut etiam pueros in cunis placet. Imò quòd omnium maximum est, Sathanam potest pellere. Legimus enim in sacris literis Sathanam à Saule recessisse, quando David cepit canere cythara. Sic Alexander à suo Musico, & ad lenitatem & ad iram incitari potuit, Nam interdum iste Musicus sic commouit regem, ut arrepta hasta in medium prosiliret, quasi iam impetum facturus in hostem, & mox eum rursus ita sedauit, ut mansuetissimus redderetur. Postremò quoq; consideretur quid illis contigerit, qui huius artis curam abiecerunt. Quid quæso Clitemnestræ Agamemnonis coniugi accidit amisso Musico? expugnari quispe eius pudicitia ipso adhuc præsentem non potuit, sed postquam insidijs adulteri Musicus esset sublatus, in Tragica mala misera mulier incidit. Quid Neroni accidit? is dum Musicæ studium amplexus est, mitissimus fuisse scribitur, postea abiecto hoc studio simul omnem humanitatem exiit, & in deterrimam belluam est mutatus, atq; ita iustas sui contemptus pœnas persoluit. Hæc & similia exempla ad amorem Musicæ nos incitent, & principes inde discant eam suo præsidio & opere ornare atq; tueri.

**DE CAPITIBVS QVAE IN HOC  
opere tractabuntur.**

**In primo Libro agam de his decem Capitibus, uidelicet  
de Clauibus,**

**Vocibus,**

**Cantu.**

**Interuallis usitatis & prohibitis,**

**Notis,**

**Ligaturis,**

**Pausis,**

**Mutatione,**

**Transpositione &**

**Solmifatione.**

**In secundo Libro dicetur**

**de Tactu**

**Syncopatione,**

**Mensura**

**Modo,**

**Tempore,**

**Prolatione.**

**Signis,**

**Punctis, q̄ sūt quadruplicia**

**Imperfectione. (videlicet**

**Colore notarum, (punctus**

**Augmentatione,**

**Diminutione,**

**Proportione.**

**additionis  
pfectionis,  
diuisionis,  
alteratiōis,**

**Liber Tertius de explicatione Canonum quorundam.**

**Quartus Liber continebit iudicium tonorum in utroq̄  
cantu, hoc est, Choralī & Figuralī,**

**Vltimus Liber habebit quandam instructionem de arte  
suauiter cantandi.**

**De Clauibus**

# DE CLAVIBVS.

**CLAVIS** est referatio cantus, uel est index formandæ uocis, est enim aggregatum ex litera & uoce. Principium clavis litera est, finis uerò uox. Et propterea dicuntur clauēs, quia sicuti clauē aperiuntur ea, quæ in penitissimis angulis occlusa iacent, ita per clauēs musicales totius cantus uis ac natura referatur.

## Systema clauēs ac uoces Musicales monstrans.

<b>CLAVES</b>	diuiduntur in	<i>Geminatas siue excellētes, quia duplicatis literis scribuntur, &amp; sunt 5.</i>	cc	ce	la	
			dd	dd	sol	
			cc	cc	fa	
			bb	bb	mi	
			aa	aa	re	
		<i>Mimores &amp; acutæ, quia punitis literis scribuntur, et sunt 7.</i>	g	g	re	ut
			f	f	ut	
			c	c	mi	
			d	d	re	
			c	c	fa	ut
			b	b	mi	
			a	a	re	
		<i>Maiores &amp; capitales, quia capitulis &amp; grandiusculis literis notatur, &amp; sunt 8.</i>	G	G	ut	
			F	F	ut	
			E	E	mi	
			D	D	re	
			C	C	ut	
			H	H	mi	
A	A	re				
Γ	Γ	ut				

### NOTA.

**Omnes Clauēs ab eadem litera incipientes distant per octauam.**

**De Signas**

# DE SIGNATIS CLAVIBVS.

**CLAVES** signatæ sunt, quæ in cantus exordio per certas figuras expresse ponuntur, Et sunt quinque.

**IN CHORALI CANTU SIC.**

**IN FIGURALI CANTU SIC.**

Ad has omnes animum tanquam ad scopum intendant, discantque proinde eas quæ signatæ non sunt, harum intervallo certa coniectura deprehendere.

## REGVLA I.


Linea signatas sustentat scilicet omnes.

## REGVLA II.

Hæ distant positu, per quintam tollitur F. G.

## REGVLA III.


Hæ quinque claves signatæ dicuntur principales. Sunt autem adhuc duæ, quæ minus principales uocantur, scilicet b rotundum

tundum & quadratum b. Signantur autē semper sub clauē   
 Interdum tamen utimur illis ad uoces fictas.

## DE VOCIBVS.

VOX est syllaba qua clauū tenor exprimitur, uel est signum quo omnem cantum addiscimus & exprimimus, Et sunt sex: ut, re, mi, fa, sol, la.


### EXEMPLVM.



Hæ uoces sumptæ sunt (ut aiunt) ex hymno, Vt queant laxis &c. quem Paulum Diaconum composuisse ferunt, At si credimus Alberto Magno in Lucam scribenti, diuus Hieronymus eum composuit. Musici uerò ex quolibet uersiculo priorem & mediam syllabam sumpserunt.


Sequuntur notæ cum textu.

#### DISCANTVS.




Vt queant laxis resonare fibris Mira gestorum famuli tuorum

#### ALTVS.




Vt queant laxis resonare fibris Mira gestorum famuli tuorum

#### TENOR.



Vt queant laxis resonare fibris Mira gestorum famuli tuorum

#### BASSVS.



Vt queant laxis resonare fibris Mira gestorum famuli tuorum

B Solue

DISCANTVS.




Solue polluti labij reatum Christe redemptor.

ALTVS.




Solue polluti labij reatum Christe redemptor.

TENOR.



Solue polluti labij reatum Christe redemptor.

BASSVS.



Solue polluti labij reatum Christe redemptor.

Et sunt duplices uoces, scilicet : Inferiores & Superiores.

Inferiores, quibus utimur quando cantus ascendit : & sunt tres, ut, re, mi.

Superiores, quibus utimur quando cantus descendit : & similiter tres sunt, fa, sol, la.

Hæ iterum differunt inter se tripliciter, uidelicet:

Vt fa	} licuntur	} Molles Naturales Dure	} quia	} mollem mediocrem durum	} sonū reddunt uel emittunt.
Re sol					
Mi la					


Hanc uocum Musicalium diuisionem, non reijciendam esse censeo, si rectè intelligatur : uidelicet, si cogites quamlibet uocem talem esse natura, qualis hic esse ponitur, sic tamen, ut alia leniorem, alia asperiore pronunciationem requirat. Quod autem




autem quidam inde colligunt, ut & fa submissa uoce: mi & la, dura uoce cantari debere: re uerò & sol medium quendam sonum requirere, atq; ita quamlibet uocem, non solum natura talem esse, sed etiam ipsa pronuntiatione, & uocis aut intentione, aut remissione adiuuandam esse, horum ego sententiæ non assentior. Equidem non iudicare possum quidquam suauitatis aut gratiæ inesse cantui, in quo inepta hæc & inæqualis notularum, seu uocum enunciatio obseruatur: Imò contra affirmo, in suauem & ingratham auribus harmoniam inde prouenire. Eoq; magis digna est reprehensione istorum sciorum opinio, quòd inter hos non paucos reperias, qui non solum hanc præceptionem sequuntur, sed etiam præ nimia affectatione singularis cuiusdam eruditionis, in hac præsertim arte, nesciunt, quo nam modo satis aptè, ferè dixissem ineptè, notas pronuntiare debeant: Et ut egregiè felicitatem sui ingenij in effingendis nouis, & magis idoneis uocibus ostentent, nolunt amplius canere fa, sed ualde moderata uoce fae uel fai canunt, & econtra, si mi canendum est, quò illud satis rustico & crasso modo proferant, faciunt ex eo duas syllabas, & non mi sed mihi cantant. Hunc igitur cantandi modum maximè aduersum & ingratham esse peritis & delicatis auribus sciant, Ideoq; eos admoneo, ne à uero cantandi modo declinent, nec nouas uoces effingere conentur, sed notas à ueteribus excogitatas retineant. Considerent quoq; quàm hoc ipsum non in cantu solum, sed etiam in instrumentis absurdum sit, si alia uox clariore, alia uerò obscuriore sono pronuntietur. Namq; si in Virginalibus seu Symphonijs (ut uocant) pennulæ illæ, quæ in ligna trudentia cordas inseruntur, non ad æqualem magnitudinem, densitatem, aut longitudinem paratæ sint, sed aliæ longiores, molliores aut breuiores fuerint, fiet omnino, ut uoces argutæ perstreptentes reliquarum sonum obtundant, ut difficulter aut nihil ferè exaudiantur, atq; ita in iucunda harmonia efficietur. Porrò contra hos ex uocum distantia etiam deprehendi potest, omnes uoces eundem sonum requirere, nec aliam submissa, aliam clara, aliam media uoce can-

tandam esse. Voces autem omnes distant ab inuicem per secundam perfectam, seu tonum, præter mi & fa, quæ per imperfectam secundam, seu per semitonium distant. Exempli causa proponas tibi has duas claues, C solfaut, & D lasolre: In his duabus clauibus poteris canere, ut re, re mi, fa sol, sol la, hic ubiq; habes perfectam secundam ex priore clauē in alteram: Sed mi & fa, ex C in D cani non possunt, hoc simili sono, propterea, quòd hæ duæ per imperfectam tantum, illæ uerò per perfectam secundam ab inuicem distant. Sumes igitur cis, quod Musici instrumentales sic signant c<sup>e</sup>, quæ clauis medium sonum inter C & D reddit, ita habebis ex C in c<sup>e</sup>, mi in fa, & ex c<sup>e</sup> in D, iterum mi in fa, ubi uides duas imperfectas secundas, constituere unam perfectam. Intelligere iam omnes arbitror, Mi natura quidem durius est quam Fa, sed tamen neutram fortiore aut remissiore sono, quam alteram proferendam esse, quod ipsa series clauium & earum sonus in Organis, aut alijs Instrumentis monstrat, sed de his alibi plura.

Exemplum sex uocum Musicalium.



*Discantus sequitur Tenorem in hiperdiapason.*




A L T V S.





B A S S V S.



## DE CANTV.

CANTVS est sex uocum & continua & apta digestio,  
& est triplex,

h̄duralis.

bmollis.

Naturalis.

Cantus h̄duralis est ille, qui habet Vt in Gsolreut & in suis octauis, & mi in bfāmi, b rotundum non assignatur: & sunt tres.

Cantus bmollis ille, qui habet vt in Ffaut, & fa in bfāmi, cognoscitur ex præscriptione b rotundi: & sunt duo.

Cantus Naturalis, qui neq̄ mollem neq̄ duram uocem in bfāmi attingit, sed tantum sex uocibus musicalibus est contentus, incipit in C, & quiescit in a: & sunt duo, scilicet in Scala,

Regula breuior.

In C natural, f b mol, ḡ h̄dural,  
h̄dorum triplico reliquos cantus geminabo.


Additur & cantus, quem Musici fictum uocant, quando uox canitur in clauē aliqua, in qua essentialiter non inest, neq̄ in eius octaua, uidelicet Mi in Ffaut, Fa in alamire & elami: Quo utimur propter euphoniā cantus, ac ad euitanda prohibita intervalia, Duo sunt eius signa, b rotundum in locis h̄duralibus,

B iij & equas






& h quadratum in locis bmollaribus, quorum illud b fa; hoc ues  
rò h mi designat.

Sequuntur Exempla.



Exemplum cantus h̄duralis.





*Discantus sequitur Altum post semibreuem in diateffaron.*




*Tenor sequitur Bassum post semibreuem in diateffaron.*









SEQUITUR EXEMPLVM  
cantus bmollaris,



*Discantus sequitur Altum post semibreuem in diateffaron.*




*Tenor sequitur Bassum post semibreuem in diateffaron.*








# Exemplum cantus Naturalis.


## DISCANTVS.



## ALTVS.



## TENOR.



Bassus

Four staves of musical notation, likely for a piano or similar instrument. The notation includes various note values, rests, and dynamic markings. The first staff begins with a treble clef and a key signature of one flat. The music is written in a style characteristic of early 20th-century sheet music.

BASS V.S.

Five staves of musical notation for the bass part. The first staff begins with a bass clef and a common time signature (C). The notation includes various note values, rests, and dynamic markings. The music is written in a style characteristic of early 20th-century sheet music.

Hæc triplex cantus distinctio ideo ponitur à Musicis, ut incipientium captui seruiant. Quod autem existimare uelis cantum bmollarem molliter & leniter, e contra uerò bduralem duriter & asperè canendum esse, non sic se habet, nam uterq; mi & fa habet, Et quando cantum bmollem per secundam supra clauem transpono, tunc fit bduralis cantus, & tamen retinet suas notas, & suam melodiam, suum mi & fa, nec quicquam aliter sonat. Sic etiam si cantum bduralem per secundam infra clauem transponas, erit bmollaris, eandemq; melodiam retinebit.

## DE INTERVALLIS.

INTERVALLVM est hoc ipsum, quod uox à certo sono altius intenditur, aut profundius remittitur.

Plurima quidem ea sunt, sed uulgatiora modo describere libet, uidelicet, Unisonum, Semitonium, Tonum, Semiditonus, Ditonus, Diatessaron, Diapente, Semitonium cum diapente, Tonum cum diapente, Diapason, hæc usitata interualla dicuntur.


Unisonus quando uox in eadem clauè iterum atq; iterum repetitur, & fundamentum aliorum modorum est, manetq; semper immobilis, ut:




Semitonium est tonus imperfectus, atq; fit ex mi in fa proximum, & e contra.

Tonus







Tonus est à qualibet nota in proximam progressio uel regressio, tantum fa & mi demptis, ut:



Semiditonus est tertia imperfecta ex tono & semitonio conflata, & duas habet species, Re fa, mi sol.




Ditonus est perfecta tertia, duos in se tonos habens, cuius duæ sunt species: ut mi, fa la.




Diatessaron est distantia uocum per quartam, constans duobus tonis & semitonio; Eius species sunt tres, ut fa, re sol, mi la.




Diapente est saltus à uocē in uocem per quintam, fit ex tribus tonis & semitonio, cuius quatuor sunt species, ut sol, re la, mi mi, fa fa.



Semitonium cum diapente est imperfecta sexta, quæ constituitur duobus semitonij & tribus tonis.




Tonus cum diapente est perfecta sexta, quæ continet quatuor tonos & unum semitonium.




Diapason, est interuallum, quod ab una uoce inchoat, saltumq; facit ad octauam, et omnia uocum interualla in se complectitur, recipit quinque tonos, & duo semitonia, cuius species septem sunt, à qualibet enim littera ad sibi similem fit diapason.


Sequitur exercitij causa Directorium modorum.




Tertrini sunt modi quibus omnis cantilena contextitur, scilicet,




Vnisonus, semitonium, tonus, semiditonus, ditonus, diatessaron,




diapente, semitonium cū diapente, tonus cum diapente, ad hec sonus diapason.




*pafon: Si quem delectat eius, hunc modum esse cognoscat: Cumq̄*




*tam paucis modulis nota harmonia formetur, utilissimum est eas*



*alte memoria commendare, nec prius ab huiusmodi studio qui-*



*escere, donec uocum interuallis agnitis harmonia totius fa-*




*cilime queat apprehendere noticiam.*

## DE INTERVALLIS prohibitis.

Sunt & alia quædam interualla admodum rara, ac tyronibus prohibita poni, quia prorsus Symphoniam lædūt ac uiciant. Harum autem nomina sunt Tritonus, Semidiapente, Semiditonusdiapente, Ditonus diapente, Semidiapafon, Semitonium diapafon, Semiditonusdiapafon, Diapafondiapente, Disdiapafon.

C iij Tritos

Tritonus est sonus de uoce in uocem per duram quartam, tres integros tonos habens, absq̄ semitono,




Exemplum habetur in Responsorio: Isti sunt dies, Domini Iudica. Et in Responsorio: Vox tonitru, in dictione Euangelista, ut sic:




Iohannes est Euangelista.


Semidiapente est imperfecta quinta, duobus tonis, & duobus semitonis constans: in plano non reperitur cantu.



Semiditonus diapente, est per imperfectam septimam intervalum, comprehendens quatuor tonos & duo semitonia de ut in fa, & e contra.




Huius exemplum in Antiphona, Dum inducerent puerum Iesum &c. in dictione Accepit habetur.




Parentes eius, accepit.

Ditos


**Ditonus diapente est distantia soni à sono per septimam perfectam, quinque tonis & uno semitonio constans.**




**Exemplum in responso de sancto Mauricio habemus, in dictione Aganensium.**




**Semidiapason est octava non perfecta, ex quatuor tonis & tribus semitonijs constituta; & ab omni cantu reiecta.**



**Semitonium diapason est per nonam imperfectam saltus, constans quinque tonis ac tribus semitonijs; & prorsus est inutilitarum intervallum.**




**Semitonus diapason est decima imperfecta constans sex tonis & tribus semitonijs.**



**Diapason**

Diapason diapente est duodecim sonorum consonantia, undecim interuallorum, habens octo tonos & tria semitonia: Horum exempla sunt in cantu mensurali: in plano autem ad modum rara.




Bisdiapason per interuallum est decimaquinta, per sonum sunt duae octauae: nam medium omne numeratur bis.

## DE NOTIS.

NOTA est signum vocis, intensionem & remissionem soni demonstrans.

Suntque notae aliae { Simplicēs,  
Ligatae.



Sequitur exemplum simplicium notarum.

Discant

DISCANTVS.

The Discantus section consists of two staves of music. The first staff begins with a treble clef and a key signature of one flat (B-flat). The melody is written in a rhythmic style with various note values, including minims and crotchets. The second staff continues the melody, ending with a double bar line and repeat dots.

ALTVS.

The Altus section consists of three staves of music. The first staff begins with a treble clef and a key signature of one flat. The melody is written in a rhythmic style with various note values, including minims and crotchets. The second and third staves continue the melody, ending with a double bar line and repeat dots.

TENOR.

The Tenor section consists of two staves of music. The first staff begins with a treble clef and a key signature of one flat. The melody is written in a rhythmic style with various note values, including minims and crotchets. The second staff continues the melody, ending with a double bar line and repeat dots.

BASSVS.

The Bassus section consists of two staves of music. The first staff begins with a bass clef and a key signature of one flat. The melody is written in a rhythmic style with various note values, including minims and crotchets. The second staff continues the melody, ending with a double bar line and repeat dots.

D Verticidò

DISCANTVS.

The 'DISCANTVS' section consists of five staves of music. Each staff begins with a treble clef and a key signature of one flat (B-flat). The notation is a form of mensural notation, featuring diamond-shaped notes on a five-line staff. The first four staves contain a continuous melodic line with various rhythmic values, including minims and crotchets. The fifth staff concludes the section with a final cadence.

ALTVS.

The 'ALTVS' section consists of five staves of music, continuing the mensural notation from the previous section. It maintains the same clef and key signature. The notation continues with diamond-shaped notes and stems, showing a continuation of the melodic and rhythmic patterns. The section ends with a final cadence on the fifth staff.

Tenor



TENOR.

Musical notation for the Tenor part, consisting of four staves. The notation includes a treble clef, a key signature of one flat (B-flat), and a 6/8 time signature. The music features a series of eighth and sixteenth notes, often beamed together, with some notes marked with diamond-shaped ornaments. The piece concludes with a double bar line and a repeat sign.

BASSVS.

Musical notation for the Bass part, consisting of four staves. The notation includes a bass clef, a key signature of one flat (B-flat), and a 6/8 time signature. The music features a series of eighth and sixteenth notes, often beamed together, with some notes marked with diamond-shaped ornaments. The piece concludes with a double bar line and a repeat sign.

D ij Discans

DISCANTVS.





Musical score for Discantvs, consisting of four staves. The first three staves contain a continuous melodic line with various rhythmic values and accidentals. The fourth staff begins with a few notes and then remains empty for the remainder of the piece.

ALTVS.


Musical score for Altvus, consisting of three staves. The first two staves contain a continuous melodic line with various rhythmic values and accidentals. The third staff begins with a few notes and then remains empty for the remainder of the piece.

Tenor

TENOR.




BASSVS.




D ij De Ligas








**2 MEDIÆ** { *Media omnis carens cauda brevis est, una excipienda, scilicet sequens initialem, que in sinistro latere caudam seu tractum protendit,*



*hæc est exceptio* 

**3 VLTIMÆ harum** {
 

- quadrata* {
  - Si ascenderit sine cauda, dicitur brevis,* 
  - Si cum cauda sursum tendit, est semibrevis* 
  - Si descenderit, est longa,* 
- obliqua* {
  - Cuius initialis caret cauda, semper erit brevis* 
  - Cum cauda ascendente, semibrevis,* 

Sequitur exemplum notularum utriusque speciei, scilicet ad voces Musicales & ad notas simplices & ligabiles,

Discantur.



DISCANTVS.

The first staff of the Discantus section features a treble clef, a key signature of one flat (B-flat), and a 6/8 time signature. The melody is composed of eighth and sixteenth notes, with some triplets. The second staff is a bass line consisting of a few notes and rests.

ALTVS.

The AltvS section consists of eight staves of music. The first staff has a treble clef, one flat, and a 6/8 time signature. The subsequent staves are arranged in pairs, with the top staff of each pair in treble clef and the bottom staff in bass clef. The music is primarily composed of eighth and sixteenth notes, with some triplets and rests. The notation includes various rhythmic values and rests throughout the section.

Bassus

BASSO.

Seven staves of musical notation for the Bass part. The notation includes various note values, rests, and dynamic markings such as *mf* and *f*. The music is written in a single system across seven staves.

TENOR.

Three staves of musical notation for the Tenor part. The notation includes various note values, rests, and dynamic markings such as *mf* and *f*. The music is written in a single system across three staves.

E Discano

DISCANTVS.

Two staves of musical notation. The top staff begins with a treble clef and a common time signature (C). The music consists of a series of eighth and sixteenth notes, some with diamond-shaped ornaments. The bottom staff continues the melody with similar rhythmic patterns and ornaments.

ALTVS.

Eight staves of musical notation. The first staff begins with a treble clef and a common time signature (C). The music is highly rhythmic, featuring many sixteenth and thirty-second notes, often with diamond-shaped ornaments. The notation is dense and fills most of the staff space. The section concludes with a double bar line and a repeat sign on the eighth staff.

Bassus



BASSVS.


Six staves of musical notation for Bass. The notation is written in a single system with six staves. The first staff begins with a bass clef and a key signature of one flat. The notes are diamond-shaped and include stems, flags, and beams. The music is written in a style characteristic of early printed music.

TENOR.





Three staves of musical notation for Tenor. The notation is written in a single system with three staves. The first staff begins with a tenor clef and a key signature of one flat. The notes are diamond-shaped and include stems, flags, and beams. The music is written in a style characteristic of early printed music.

E ij Discant

DISCANTVS.



ALTVS.



Bassus

BASSVS.

Six staves of musical notation for Bass. The notation is written in a single system with a common time signature. The notes are diamond-shaped and connected by stems. The first five staves contain continuous musical notation, while the sixth staff ends with a double bar line and a repeat sign.

TENOR.

Two staves of musical notation for Tenor. The notation is written in a single system with a common time signature. The notes are diamond-shaped and connected by stems. The first staff contains continuous musical notation, while the second staff ends with a double bar line and a repeat sign.


E iij De Paus

## DE PAVSIS.


Primò propter anhelitus refectionem, ne spiritus cantandi deficiat. Secundò, propter uariationem & dulcedinem cantus. Tertio, propter euitanda uicia, præcipue esse inuentas pausas dico.

Est autem pausa figura per lineas ac spatia tracta, artificiosam desistentiam à cantu demonstrans; nam sicut canendo notulis, ita & tacendo utimur pausis. Et quælibet nota suam pausam habet, & quamdiu notam cernimus, tantisper ad pausam eius silemus.


Virgula quæ per integra quatuor spatia transuersa protensa, quinque lineas contingit, ea uocatur pausa modi maioris, siue perfectæ maximæ; sed huius nullus est usus, præterquam in finibus cantuum.

Maxima perfecta 


Si qua autem ad quartam lineam pertingit pausa, modi minoris, siue longæ perfectæ uocatur, seu pausa modalis.

Longa perfecta 

Quæ uirgula tertiam lineam attingit, ea est pausa longæ imperfectæ.


Longa imperfecta 

Quæ ad alteram pertingit lineam, breuis pausa est.


Breuis pausa 

Quæ uirgula


Quæ uirgula à linea in medium tantum spacium dependet, semibreuis pausa dicitur.



Quæ uerò à linea in medium spacium affurgit, eam pausam minimæ, siue suspirum uocant.



Idem in medium spacij erecta uirgula, sed supernè aculeum reflexum habens, pausa semiminimæ est.







































At si geminum habeat aculeum, Fusæ pausa appelletur.



Si triplicem, tñ Semifusæ.



Est & pausa quæ generalis dicitur, quando semicirculus cum puncto supra uel infra notas scribitur hoc modo:                                       

## DE MUTATIONE.

**MUTATIO** est unius uocis in aliam in eadem clauē unisona uariatio. Et est inuenta ob paucitatem uocum & pluralitatem cantus, ad quam duæ necessariæ sunt uoces. Vna dicitur mutata, quæ scilicet per mutationem relinquitur. Altera mutans, quæ loco uocis mutatæ assumitur.

Mutatio duplex {  
 Explicita in qua & uox mutans & mutata ambæ exprimuntur, hæc alio nomine uocalis dicitur.  
 Implicita siue mentalis est, in qua una uocum canitur, & altera mente tenetur.

Aptior tamen est mentalis quàm uocalis, exprimere enim ambas syllabas, est geminare notam, quòd nec cantui conueniens, nec auribus est gratum. Imò in cantu mensurali omnino intolerabile, præsertim in minutissimis figuris, ubi uelocitas notarum non admittit geminationem.

Sequuntur regulæ mutationum.

I.

Nunquam mutabis, nisi sit mutare necesse.

II.

Mutatio mentalis facienda est non uocalis, nisi duæ uel tres notæ ponantur in eodem loco mutabili.

III.

Si uox est {  
 simpla } tunc fit mutatio {  
 dupla } nulla.  
 tripla } dupla.  
 sena.

IIII.

In mutatione utimur duabus ferè uocibus, in ascendendo re, in descendendo la.

V.

V.

Voces b molles in h durales non possunt mutari, quia dissonant: & e contra.

VI.

Mutatio uocis non semper fit in uocem, sed fit saltus sine mutatione de nota ad notam, praesertim in magnis saltibus, ut in diapente & diapasone contingit, scilicet: de re in re, ex mi in mi, de fa in fa, ex sol in sol.

VII.

Omnis mutatio fit tertia ante fa, si adsit notula: si non, in secunda uel quarta poterit mutatio inchoari.

VIII.

Propter unam notam ascendentem supra la, non fit mutatio, sed semper fa in ea est cantandum, nisi hoc h, uel hoc h assignatum sit.

IX.

Musica ficta fingit in clauis quacumque, uocem qualemcumque, consonantiae causa.

Mutatio in cantu h durali.

In cantu h durali mutamus tribus clauibus, scilicet:

a, e, & d.

In ascendendo	f	D	d	dd	
sumimus re in	\	A	a	aa	\ In descendendo sumi-
		E	e	ee	f mus la in

Mutatio cantus b mollaris.

In cantu b molli similiter tribus clauibus mutamus, scilicet: d, a, & g.

In ascendendo	f	G	g		
sumimus re in	\	D	d	dd	\ In descendendo sumi-
		A	a	aa	f mus la in

F DE





A L T V S.

DE SOLMISATIONE.

SOLMISATIO est debita expressio cuiuslibet cantus per sex uoces Musicales. Hoc uerò caput nihil aliud est, ac summaria repetitio eorum omnium, quæ huc usq; tradita sunt; docet enim ad praxin manuactionem, quomodo scilicet incipientes cantaturi prioribus præceptis uti debeant.

Sequuntur aliquot regulæ de Solmisatione.

I. Solmisans uideat clauem in principio signatam, & ex ea consideret omnium linearum & spatiorum claues, tum facile inter solmisandum errorem euitare poterit.

II. Solmisans diligenter respiciat *bfa* = *mi*, in ea enim clauere totum negotium uertitur: nam si ponitur *b*, cantandum est *fa*; si uerò *fa* uel hoc *fa* signum, cantandum est *mi*.

III. In quartis, quintis & octauis fit saltus de *mi* in *mi*; de *fa* in *fa*.

III. In octauis idem est uocum usus, & eadem mutatio: Ideo quæcunq; uox canitur in una octaua, canitur & in alia.

Quamuis in primis statim necesse est intueri tonum cantus: qui enim cantum sine agnitione toni canit, idem facit ei, qui Syllogismum extra modum & figuram componit. Quid autem Tonus sit, & quomodo cognosci debeat, tractabitur suo loco.

FINIS LIBRI PRIMI.

F ij Liber


# LIBER SE-


## CVNDVS.


### DE TACTV.

**T**ACTVS est motio continua, præcentoris manu signorum indicio facta, cantum dirigens mensuraliter. Cum autem difficile admodum sit, rudiores rectam aliquam observandæ mensuræ rationem docere, Ideò ut tyronibus inseruis am, modum aliquem excogitavi faciliorem, per quem planius rem intelligere possint. Velim igitur adolescentes cogitationes suas referre ad horologia Mechanica, quæ post certa temporis intervalla horas denunciant, in quibus quando horæ, malleo edente sonum, audiuntur, sic ille sonus redditur, ut tactus mallei impingentis in æsemper æqualis sit, hoc est, ut non alicubi tardior, alicubi velocior sit, cum tamen ad illum tactum semper syllabæ æqualem aliàs plures aliàs pauciores syllabæ pronuciari possint. Loquimur autem de pronuciatione, quæ per germanicas dictiones fit, nam illa ad nostrum negotium est accommodatior. Siue igitur ad unum istiusmodi mallei tactum duas vel plures numerando syllabas accommodes, tactus tamen idem manet, eandem semper seruans quantitatis rationem, ut nec syllabarum pluralitate extendatur, nec econtra syllabarum paucitate, velocior efficiatur: eodem modo cogitandum est de cantu, ubi in primis hoc obseruandum est, ut in canendo idem semper obseruetur tactus, ne is modo lentior sit, modo concitator, ita ut siue una siue duæ vel plures etiam notulæ, ad unum tactum canendæ sint, illæ scilicet notulæ ad eum recte accommodentur. Exempli gratia, quando horologium incipit sonare, tunc numeramus eius, quod idem est, ac si ponatur ista nota, quæ apud recentiores uno tactu ualet. Si uerò illius loco pausa collocetur, tam diu est silendum, quantus est ipsius notulæ ualor. Quod si  
pergas

pergas numerare horologij tactus usq; ad quatuor, ibi duæ syllabæ pronunciandæ erunt, als nemlich viere, istæ duæ syllabæ eadem celeritate exprimendæ sunt, qua expressisti unicam syllabam eius. Et sic deinceps cogitandum est de notis, quarum duæ

valent unum tactum, uelut istæ duæ . Præterea si sechzehnen dictionem numerare uis, ibi tres syllabas habes, quæ similiter celeritate, qua unum expressisti ad horologij tactum pronunciandæ sunt, quamuis prior syllaba duplici quantitate superat reliquas; sic etiam sentiendum est, quando tres notæ ad unum tactum inciderint, ex quibus prima dimidio tactu, reliquæ duæ

etiam dimidio tactu mensurantur, hoc pacto . Porrò si siebenzehnen numerare uis, iam prædictas regulas sequere, & quemadmodum ista dictio siebenzehnen, quatuor syllabas completitur, quæ tamen sub unum tactum referuntur; sic etiam quans

do quatuor tales notæ occurrerint , eas omnes sub unius tactus mensuram accommodabis, similiter iudicandum est de reliquis.

Tactus pro more recentiorum Musicorum est triplex:  
Maior, Minor, & Proporcionatus.

Maior, cum breuis mensuratur tactu non diminuto pro modo ac temporis ratione; hic uocatur aliquando totalis seu integralis.


Minor, cum semibreuis aut minimæ duæ sub tactum cadunt, qui apud recentiores multum regnat; uocatur & ille tactus generalis seu uulgaris.

Proporcionatus, cum tres semibreues contra unam, ut in Tripla, aut minimas tres in prolatione perfecta proferuntur.



Sequuntur exempla ad tactum Maiorem,  
Minorem & Proporcionatum.

F. iij. Discantus,



DISCANTVS.





*Hoc est exemplum ad tactum maiorem.*




TENOR.



Sequitur exemplum tactus minoris. DISCANTVS.



TENOR.



ALTVS.

BASSVS.

Exemplum Tactus minoris. ALTVS.

BASSVS.

**DISCANTVS.**

The first system of musical notation consists of three staves. The top two staves contain a melodic line with diamond-shaped note heads and stems, while the bottom staff contains a rhythmic accompaniment with square-shaped note heads.

**TENOR.**

The second system of musical notation consists of three staves. The top two staves contain a melodic line with diamond-shaped note heads and stems, while the bottom staff contains a rhythmic accompaniment with square-shaped note heads.

**Exemplum in tactum proporcionatum.**

**DISCANTVS.**

The first staff of the 'Exemplum in tactum proporcionatum' discantus features a melodic line with diamond-shaped note heads and stems, and a rhythmic accompaniment with square-shaped note heads. A '3' is written above the staff, indicating a triplet.

**ALTUS.**

The second staff of the 'Exemplum in tactum proporcionatum' discantus features a melodic line with diamond-shaped note heads and stems, and a rhythmic accompaniment with square-shaped note heads.

*Altus.*

ALTVS.

Three staves of musical notation for the Alto part. The notation consists of diamond-shaped notes on a five-line staff, with stems pointing downwards. The notes are arranged in a sequence across the three staves, with some notes having stems that cross between staves.

BASSVS.

Three staves of musical notation for the Bass part. The notation consists of diamond-shaped notes on a five-line staff, with stems pointing downwards. The notes are arranged in a sequence across the three staves, with some notes having stems that cross between staves. The third staff begins with a double bar line and a fermata-like symbol above it.

TENOR.

One staff of musical notation for the Tenor part. The notation consists of diamond-shaped notes on a five-line staff, with stems pointing downwards. The notes are arranged in a sequence across the single staff, with some notes having stems that cross between staves.

BASSVS.

One staff of musical notation for the Bass part. The notation consists of diamond-shaped notes on a five-line staff, with stems pointing downwards. The notes are arranged in a sequence across the single staff, with some notes having stems that cross between staves.

G Discans

DISCANTVS.

Nec uerò res ea prorsus utilitate caret, ut quidam arbitrantur, sed habet multas utilitates, inter quas hæc est præcipua, quod plus afficiuntur animi auditorum, si in recitatione Euangeliorum aut Epistolarum iuxta exigentiam textus, uerba uel eleuantur uel deprimuntur. Estq; indignum hunc morem pronuntiandi Euangelia & Epistolas in plariscq; locis interire, in multis planè negligi.

Est autem accentus Musicus Melodia, quæ dictionum syllabas iuxta accentus sui naturalis exigentiam regulate pronuntiat, & est duplex:

**Grauis & Acutus.**

Grauis est dictionum finalium secundum ritum Ecclesiæ regulata depressio, & iterum est duplex:

Quando enim per quintam descendit, tunc propriè dicitur accentus grauis; quando uerò per tertiam, tunc uocatur accentus medius,

**Exemplum.**

<b>Medius.</b>		<b>Grauis.</b>
		
<i>Parce mihi Domine</i>		<i>nihil enim sunt dies mei.</i>

Acutus est dictionum finalium secundum ritum Ecclesiæ regulata eleuatio, & iterum est duplex:

Quando enim finale reducitur ad locum sui descensus, tunc propriè uocatur accentus acutus.

Quando autem finale non ad locum sui descensus, sed infra ad secundam reducitur, tunc uocatur accentus moderatus.

**Exemplum.**


<b>Moderatus.</b>		<b>Acutus.</b>
		
<i>Surge illuminare Ierusalem</i>		<i>Et gloria Domini super te orta est.</i>

**Regulæ**


**REGVLAE QVAE DOCENT, QVOMODO**  
 accentus ad puncta dictionum accommodentur, quibus obseruatis, tota recitandi ratio perspicua erit.

Punctus, quem uirgulam nominant, si inter plures dictiones eiusdem membri orationis locatur, eas distincte legendas designat, uno tamen spiritu seu continua pronunciatione sine longa mora.

**Exemplum.**




*Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, fides,*




*mansuetudo, continentia.*

Si uero complures dictiones cohaerentes, talis uirgula sequitur, medium designat accentum, qui per tertiam descendit.

**Exemplum.**



*Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, et*




*simplices in malo.*

Punctus interrogatiuus, qui sic formatur: alicubi repertus, ultimam syllabam dictionis, cui iungitur, acuto accentu praesentem demonstrat, siue habeat in fine dictionem monosyllabam, siue dissyllabam, siue polysyllabam.


**Exem**

## Exemplum




Vnde tu es? Quid est homo? Quantas habeo iniquitates & peccata?

## Colon & Periodus representant grauem Accentum. Exemplum.




Si quid patimini propter iusticiam beati eritis, Timorem autem



eorum ne timueritis neque conturbemini.

Dictiones monosyllabæ, item barbaræ, Græcæ, Hebræicæ, latinam inflexionem non habentes, acuuntur: ut: me, te, se, nos, uos, sum, est, Astaroth, Senaherib, Abraham, Babylon, &c. Hinc excipiuntur encliticæ coniunctiones, &, ne, ue, quæ habent accentum grauem.

Finita autem lectione, peculiaris clausula finalis additur, quæ nihil amplius in eadem lectione expectandum admonet: differt autem à reliquis accentibus graui & acuto, quia altius ascendit scilicet per tertiam, & in eadem clauis in qua fuit initium descendendo quiescit, hoc modo:



Præputium per fidem.

Prolixior hinc esse nolo: Primum, quia alij satis copiose de hac re scripserunt. Deinde etiam, quia in hac re non tam præcepta quam mos & consuetudo cuiusque regionis ac dioceseos considerata sunt,

R r

De mos

# DE MODO COGNOSCENDI Tonos in figurali Cantu.

SVPR A dictum à me est, quòd non perinde in figurali ut in choralì Cantu certæ regulæ de tonorum cognitione tradi possint. Etsi enim uerum est, quemlibet cantum, tam nouum quàm ueterem ad aliquem certum Tonum referri oportere : tamen ratio reddi potest, cur nouus seu figuralis cantus, se non ita stricte ad certas ac præscriptas regulas alligari patiatur. Itaq; in dignoscendo alicuius figuralis cantus tono, non eodem modo, quo in choralì iudicando solemus, uti oportet. Choralis quidem cantus nulla ferè difficultate à mediocriter eruditis, iuxta communes præceptiones cognoscitur : Figuralis uerò illas communes regulas non curat, Ideoq; maiori acumine atq; usu in diiudicando opus est. Præcipuæ autem huius uarietatis causæ sunt, affectuum in textu obseruatio, & iuxta hunc fugarum ac clausularum conueniens uariatio. Etenim Componista artificiosus compositurus aliquam cantilenam, ante omnia textus rationem habet, hunc diligenter ex omni parte perpendit, considerans qualis illi melodiâ addi possit, quæ appositè ad ipsum textum quadret, sensumq; eius & singulos affectus orationis quàm propriissimè exprimat. Et quia in uno eodemq; textu, diuersæ materiæ tractantur, uariæ etiã fugæ & clausulæ excogilandæ sunt, quæ affectus in textu contentos proprijs quasi coloribus depingant atq; exprimant. Huius rei exempla innumera uidere est in sacris literis, & præsertim in Psalmis, ubi in textu una quadam & perpetua serie coherente alij atq; alij affectus inseruntur. Modo enim comminationes, modo consolationes proponuntur, aliàs poenæ aliàs præmia. In tali itaq; casu, ineptum imò impossibile est, si quis semper arctis illis toni metis alligatus esse uelit, sed iuxta textus exigentiam, elegantes, & textui correspondentes clausulæ inueniendæ sunt, dandaq; opera, ut melodiâ sic cum textu consentiat, ut quales affectus singula uerba textus in se habent, tales etiã ipsa melodiâ cantionis exprimat. Porro  
inuentis



inuentis iam concinnis & textui accommodatis clausulis, illis quoque non in una tantum uoce uti oportet, ita ut illi uoci alia qualescunque concordantia in reliquis uocibus affingantur: Sed eadem clausulae per plures, & si fieri posset per reliquas omnes uoces, apte ducendae uariandaeque sunt, quae res mirifice cantilenam ornat commendatque. Quin & illud cogitari oportet, tonorum metas non ita stricte in figurali cantu obseruari posse propter ingeniorum diuersitatem. Quilibet enim symphonista suum quoddam & peculiare habet iudicium, ac pro arbitrio hic isto, alius alio modo in effingendis clausulis & fugis utitur: hic per quartam, ille uero per quintam cantum transponit: saepe in bmollari cantu, qui (ut quidam uolunt) proprie tristioribus materijs accommodatus est, laetum textum ponit, & econtra: & hoc tamen potest praestare sine uiolatione textus. Breuiter, nullus figuralis cantus si modo bonam fantasia (ut recentiores appellant) habere debet, exacte ex principio, medio & fine diiudicari potest.

Veruntamen ut studiosi certum aliquem modum cognoscendi Tonos in figurali cantu habeant, tradam aliquas regulas ad hanc rem ipsis profuturas.

## PRIMA REGULA.

Specta initium Fugae, & perpende ad quem tonum referri possit: perge deinceps ordine considerare etiam reliquas clausulas & fugas in eo cantu, ac uide an etiam prioribus, quantum ad tonum, respondeant, an uero ad alium, & ad quem tonum proprie congruant: idque fac per totam cantilenam: Nam ad quem Tonum maior fugarum & clausularum pars referri potest, illi tanquam principali ascribenda est tota cantilena. Tametsi enim ad unum solummodo tonum referri quaelibet mutata debet: tamen semper aliquas clausulas admixtas habet, quae etiam ad alios tonos accommodari possunt. Interea uero ad eum tonum cantilena refertur, qui plures clausulas ac fugas sibi familiares habet.

## SECUNDA REGVLA.

Oportet etiam nosse Repercussiones Tonorum, itemq; Tropos cum eorum differentijs, de quibus omnibus supra præcepta tradita sunt. In figurali enim cantu rarò tantum Tropus obseruatur ac retinetur, sed eius differentiæ frequenter usurpantur.

## TERTIA REGVLA.

Ex solo fine cantilenæ Tonus certò dijudicari haud potest, nam rarò fit, ut figuralis cantus in sua finali clauē terminetur.

Hæ regulæ studiosis ad dinoscendos & dijudicandos tonos non parū proderunt, si quis uerò huius rei perfectiorem cognitionem requirit, is non tam ex præceptis illa peti, quam usu rectè disci posse sciat, eum itaq; ad præcepta adiungat, ac diu multumq; in canendo sese exerceat: Attramen hac quoq; in parte delectus quidam cum iudicio adhibendus est, nempe ut eiusmodi cantilenæ eligantur, quæ ex fundamentis artis, ac ab optimis quibusq; artificibus compositæ sunt, ex hisq; clausulas selectiores diligenter notet, qua ex re duplex fructus percipitur: Prodest enim ad acquirendum confirmandumq; dextrum iudicium de tonis: Deinde si quis ipse quoq; aliquid componere uelit, habet in promptu quasi supellectilem selectarum clausularum, quibus ipse quoq; rectè uti possit. Accidit enim iuxta usitatum dictum: Qualium quisq; consuetudine gaudet, talis & ipse plerumq; efficitur. Ita si quis optimorum Symphonistarum cantionibus delectetur, easq; sæpe cantando & diligenter examinando sibi familiares reddat, fieri non potest, quin formetur inde iudicium, ac postea clausulæ aliquæ memoriæ inhaerentes, se in compositione ultro offerant.

Nunc uerò ut discantibus ad manus essent exempla, in quibus Tonorum in cantu figurali cognitionem rectè exercere possint, subiiciendæ erant ad singulos ordine Tonos conuenientes selectæq; Mutetæ. Qua quidem in re, in præsentia studiosis gratificari omnino animus erat, nisi propositum hoc mutare necessitas ipse

sitas ipsa me duabus adeò grauissimis de causis coëgisset. Etenim  
 si statim hoc loco & uolumine subiungenda essent dicta Exem-  
 pla, opus hoc Musicum in immensum excreveret, plurimosq;  
 ipsa prolixitas libri offendere ac à studio hoc absterrere potius  
 quam ad id inuitare posset: ac uix multorum iustam adeò res-  
 prehensionem subterfugerem, quibus parum obseruasse leges  
 & naturam tradendarum præceptionum uideri possem, in quibus  
 breuis & succincta ratio maximè probatur. Deinde etiam  
 quod pleræq; Mutetæ longiusculæ sunt, ita ut duo uel tria, sæpe  
 etiam plura folia occupent, & in his aliquæ pluribus etiam quàm  
 quatuor uocibus compositæ: nemo est qui non intelligat par-  
 rum commodè ex uno libro omnes uoces cani posse. His mo-  
 tus causis commodius esse duxi, si Mutetas aliquas insigniores  
 ordine ad singulos Tonos accommodatas, seorsim, in forma usi-  
 tata quatuor partium, ut uocant, excusas proponerem: Id quod  
 absoluto hoc opere propediem ac certò à nobis expectabunt  
 studiosi, quibus ut abundè meam beneuolentiam indefessamq;  
 operam testatam faciam, addam prædictis plures tum aliorum  
 præstantissimorum artificum, tum meas quoq; quasdam com-  
 positiones, ut habeant huius artis cultores occasionem sese & ex-  
 ercendi & oblectandi.

Interea tamen ut sciant quid certò expectare debeant, no-  
 mina & autores Mutetarū, hinc inde ex uarijs partibus summo  
 studio grauiq; iudicio collectarum, ad octo tonos hinc adscribam.

#### Exemplum primi Toni:

*Iherusalem surge &c. Clementis non Papæ, quinq; uocum.*

#### Secundi Toni:

*Tulerunt autem fratres eius &c. Clementis non Papæ 5. uocum.*

#### Tertij Toni:

*Peccantem me quotidie &c. Clementis non Papæ 4. uocum.*

#### Quarti Toni:

*Domine clamaui &c. Clementis non Papæ 4. uocum.*

*Vel, Erraui &c. Thomæ Crequilonis 4. uocum:*

R r ij

Quinti

## Quinti Toni:

*Premiit spiritus &c. Clementis non Papæ. 6. uocum.*

## Sexti Toni:

*Vide Domine afflictionem meam &c. Clementis non Papæ 4. uocum.*

## Septimi Toni:

*Dum aurora finem daret, &c. Crequilonis 5. uocum.*

## Octaui Toni:

*Misit me uiuens pater &c. Clementis non Papæ, 5. uocum.*

**Pauca nunc de Nominibus & proprietatibus singulorum Tonorum dicemus.**

### Proprietas primi Toni.

Dorius authenticorum primus, alacriorem ex omnibus melodiam habet, somnolentos excitat, tristescq; & perturbatos recreat. Primas autem hic inter tonos obtinet, & Soli, qui Planetarum princeps iudicatur, non ineptè confertur: Perinde enim ut Sole spargente suos radios, reliquorum syderum omnium lux obscuratur, ipse tenebræ discutuntur, cuius simul naturæ proprium est humida exiccare, cunctaq; calore suo fouere: Ita hic tonus animos excitat, curas arcet, mœrorem, acediam & somnolentiam ex copia phlegmatis existentem, actutum remouet. Vnde non immerito insigniores textus huic Melodiæ accommodantur, sicut & Musicorum præstantissimi hodie hoc tono plurimum utuntur.

### Proprietas secundi Toni.

Tonus qui secundum locum obtinet, hypodori nomen accepit, & cum priori ex diametro pugnat: Nam lachrymas ciet, mœrorem creat, ideoq; in rebus aduersis uerior quam in lætis illius usus esse poterit. Lunæ hic tonus tanquam Rectrici suæ assimilatur, ut enim Luna humida, ima Æthereæ regionis sede locata, terris uicini or est: sic tonus hic flebilis, grauis, serius, omnibus alijs est submissior, peculiariter uerò placabilis, & deprecaturus est.

Proprietas

### Proprietas tertij Toni.

Tertius Phrygius est: Marti non incommodè attribuitur, propterea quod choleram atq; bilem moueat. Ideoq; uerba sonora, horrida prælia, & arduæ res gestæ huic congruunt.

### Proprietas quarti Toni.

Quartus Tonus, quem Hypophrygium cognominarunt, parasitū representat, qui affectibus heri sui seruit, ad eiusq; uoluntatem se inflectit, cuius beneficijs fruitur, illius elogia decantat. Mercurio ob naturæ similitudinem assignatur, quibuscunq; consociatus est, his sese dedit, horum obsequitur uoluntati, similiaq; studia amplectitur. Textus cum graui argutoq; tum lamentabili quoq; attemperari potest.

### Quinti Toni proprietas.

Quintus, peculiari nomine Lydius dictus, sanguineo non dissimilis est. Hic hilaritati, comitati, mitioribusq; affectibus cōpetit, quibus cum maximè delectetur, auersatur contentiones, sedat motus, fouet concordiam, naturæ est Iouialis. Non itaq; sine graui causa his nominibus, delectabilis, hilaris, modestus, gaudium mœstorum, desperantium recreatio, afflictorum solacium, insigniri cœpit. Textus huic memorabilia commenta præstantium artificum alioqui imperuestigabilia includi debent.

### Sexti Toni proprietas.

Sextus hypolydius appellatus, priori contrarius, in precationibus non est infrequens: qui etsi ab aliquibus Veneri attribuitur, quod præ se ferat humanitatem, simulet Curios, interea tamen insidiosè & callidè in omnes occasiones intentus sit, tamen uidetur collationi illi subesse aliquid absurditatis: Deus enim non fallitur, Deoq; inspectori cordium fucata specie perinde ut homini non imponitur.

### Proprietas septimi Toni.

Septimus tonus cui & Myxolydij nomen inditum est, cum Saturno prætereaq; communia habet, uoce Stentorea & magnis clamoribus

clamoribus se ostentat, ut omnibus terroris sit, sed mihi rem seriam agere non uidetur; nam seniores usu edocti, & calamitatibus mansueti, anxij semper ac solliciti, accuratius omnia perpendunt, fortunæ inconstantiam metuunt, recordantur ineptiarum adolescentiæ, suntque in uniuersum morosiores. Interdum etiam simulant austeritatem studio emendationis res futuras denunciaturi. In inuectiuis huius toni præcipuus usus est.

#### Octaui Toni proprietates.

Octauus Hypomyxolydius appellatur: Hic tonus non dissimilis est naturæ ac moribus honestæ matronæ, quæ maritum iram & commotionem oratione fauorabili lenire & sedare conatur, Omnes occasiones iræ præcidit, offensiones studiosè (ut par est) uitat, quarum quidem mulierum magna est penuria. Placabilis ideò dicitur, quod illius conditio & natura eiusmodi est.



# LIBER QVINTVS

## DE ARTE ELEGANTER ET SVAVITER CANTANDI

**A**RS rectè & bene canendi, non solis præceptis, quæ nec multa nec difficilia adeò sunt, sed uerius usu, multa tractatione, longaque experientia comparatur: quæ quia rarò coniungimus, fit, ut paucos admodum excellentes Musicos nostra ætas & gens producat. Nec enim, qui uix communissima artis præcepta primis (ut aiunt) labijs degustarunt, cantilenamque cui perdiscendæ multum temporis ac laboris insumpsere, psitaci instar, uoce utcumque exprimere possunt, Musici nomen merentur: sed solis artificibus hæc appellatio conuenit, Artifices autem intelligo,

**Intelligo, ut apud doctos receptum est, qui naturali inclinatione ad hoc studium feruntur, naturæq; bonitatem à teneris statim annis, arte, usu, uarijsq; ac crebris exercitijs excoluerunt. Ac si quid in reliquis disciplinis momenti habet, quo quis primo monstratore, ac ceu manu ductore utatur: In hac certè arte plurimum referre uidetur, ut à natura amore Musicæ flagrans præceptore utatur perito, ad cuius imitationem totum se componat. Absq; hoc pleriq; ualde infeliciter proficiunt: nonnulli licet maximo labore pertinaciq; studio aliquò usq; progrediantur: Haud tamen eam perfectionem assequuntur, quam, si accederet institutio & imitatio, sperare poterant. Nec uerò longiore probatione aut exemplis pluribus oratio nostra eget: Res ipsa loquitur. Conferamus saltem æqua lance, sepositis priuatis affectibus, cum superiorum ætatum Musicis, recentiores. Naturæ dona paria utrisq; largiamur. Verùm ut in illis plus artis ac studij fuisse nemo intelligens inficias ibit, Ita his suauitatis palmam sine controuersia concedimus: Ac rectè dicitur, Antiquos artem peperisse, Recentiores excoluisse. Sua itaq; utrisq; laus manet, ac par à nobis gratia debetur. Nec enim (quo quidem errore quosdam occupatos uideo) uetustiores recentioribus tanto interuallo postponendi sunt. Horum enim nos præclarè inuentis hodie fruimur: Hi artis fundamenta ex firmis principijs extructa primi posuere. Vnde recentioribus Musicis, qui solidam artis cognitionem expetunt, occasionem præbuerunt, Academijs adeundi, ipsosq; fontes, duce Arithmetica, Geometria, alijsq; ad hanc artem necessarijs requisitis, degustandi. Inde enim tota doctrina de Proportionibus, de signis, multisq; alijs partibus extructa est, de quibus nostri temporis Musici heri aut nudius tertius nati, meo iudicio, leuiter sentiunt, & negligentius aliquanto docent. Verùm ut ueteres in proportionibus & signis argutis ac intricatis, studiosi fuerunt: Ita recentiores Euphoniae suauitati magis operam dant, ac præcipuè in textu applicando, diligentes curiosiq; sunt, ut ille notis appositè quadret, ac hæc uicissim orationis sensum singulosq; affectus, quam proprijs**

simè exprimat. Etiam si autem hæc quoq; diligentia ueteribus non omnino detrahenda est, tamen fatendum est, liberiores eos aliquanto fuisse, nec se intra septa ac limites continuisse sicut Recentiores. Nam artes inuentæ semelq; traditæ paulatim magis magisque excoluntur. Quare nemini mirum uideri debet, si uberiores ac dexteriores artis huius usum recentioribus tribuamus, qui tot præstantes artifices, quos cum singulari delectu imitentur, propositos habent, qua re primi artis inuentores destituti fuerunt.

Hæc in genere à me fortassis non incogitanter dicta, non dubito congruere cum iudicio peritorum in arte Musica. De singulis uerò artificibus, qui alijs præferendi sunt, & qua quisq; parte magis excellat, me non censorem constituo, sed de ijs cuiuslibet suum esto iudicium. Ita tamen existimo, Iosquinum de Pratis, magni ingenij, excellentis doctrinæ, & indefessi studij uirum, tanta dexteritate hanc artem propagasse, qua quisquam alius, recentioribusq; Musicis ueram uiam monstrasse, id quod summi artifices, qui ex eius schola prodierunt, Nicolaus Gombertus & alij manifeste comprobant, quorum mentionem supra, ubi de Musicæ inuentione agebatur, fecimus. Pauca hoc loco mihi pro defensione Germanorum dicenda restant, qui multis iam sæculis plane ἀμύβοι ab exteris gentibus habentur, à quibus, hac in arte haud excellere posse, constanter creduntur. Vnde omnibus in ore est usitatum illud dictum, à nescio quo partu nostræ genti æquo censore proditum: Germani boant; Itali balant; Hispani eiulant; Galli cantant. Verum ut sæpè aliàs opinio uim ueritati affert, Ita hic nobis quoq; usu uenit. Nam manifestis rationibus & ipsa adeo experientia testatum facere possum, nostram gentem præstantium ingeniorum omniumq; disciplinarum capacium non minus feracem esse, quam uel Italianam, uel Galliam, uel Hispaniam &c. Nec uerò hæc tam amore patriæ, quam ueritatis studio assero, id quod fateri necesse est eum, qui magis candorem quam priuatam affectionem in iudicando adhibet. Ac ut res magis plana fiat, consideretur diuersa studiorum



studiorum ratio apud nostros homines & apud externos. Exteras gentes pleræque initio quo natura maximè ferantur, animaduertunt: illi postea unì rei ita se à primis statim annis dedunt, ut huic soli iucumbant, in hoc omne studium & tempus consumant, nec uel transuersum unguem inde discedant. Ac sic perficiunt, ut eius rei, cui ingenij uires intendunt, solidam cognitionem ac quasi perfectam Idæam consequantur. Nec mirum: Nam, rem solam qui facit ille facit. Germanorum uerò alia est consuetudo, qui non unì tantum studio alligari se patiuntur, sed plerique plura degustant, ac licet unum aliquod studium præcipuum propositum habeant, tamen reliquarum quoque præcipuarum artium principia cognoscunt. Ac uidetur hæc ratio magis probanda, siquidem ad confirmandum iudicium de multis rebus æs commodatior est. Hæc ergo prima causa est, quare exteræ nationes unì soli rei (utpote Musicæ) incumbentes, facilius in ea proficiant, quàm nostri homines plura studia simul cõiungentes. Deinde & hoc manifestum est, maiora in quocunque genere studiorum excellentibus artificibus præmia proposita esse apud externas gentes, quàm apud nostros homines. Nemini itaque mirum uideri debet, tanta contentione, assiduitate ac pertinacia, unì alicui rei incumbunt, omnesque ingenij & corporis uires intendunt, quò artifices in ea euadant: Honos enim, ut uerissime dicitur, alit artes. Ac ut de arte Musica, de qua initio oratio nostra instituta est, in præsentia dicam, qui in ea apud externos excellentes euadunt, amplissimam suæ industriæ & diligentæ fructum sine dubio consequuntur. His stipendia ampla decernuntur, redditibus ac dignitatibus locupletantur, quæ quidem præmia non possunt non excitare liberalia ingenia, & currenti calcar addere quàm maximum. Apud nos uerò excellentes artifices (ut nihil dicam amplius) in tanto honore & pretio non sunt, imò sæpe periculum famis uix effugiunt. Quin & illud accedit, quod nostri homines pauci laborum ac assiduitatis patientes sunt: Ac licet ingenijs multi excellent, tamen pauci ad ueram frugem perueniunt. Alij & ingenio ualentes, & studio discendi flagrantés

sæpè neruis destituuntur, ac in medio studiorum cursu bona cum spe ingressum iter interrumpere coguntur. Has causas qui rectè perpenderit, fatebitur non tam gentem nostram, nostrorumq; ingenia culpanda esse, quam statum rerũ peruersum deplorandum, repræhendendosq; eos, qui ad rerum gubernacula sedent, quod non maiori liberalitate bonas artes promouent, liberaliaq; ingenia adiuuant. Veruntamen ut ut apud nostros homines premia exigua optimis lucubrationibus proposita sint, tamen confidimus breuì quosdam iuniorum Musicorum è nostris prodituros, qui specimen sui & ingenij & doctrinæ ædituri sint eximium, non deterriti huius ætatis ingratitude, sed diuinis consolationibus erecti, curæ se Deo fore sperabunt, ac labores suos ad diuini nominis celebrationem referendos esse cogitabunt. Sed ut ad propositum, unde nostra oratio digressa est, reuertamur, dicemus nunc de arte suauiter & eleganter, seu (ut quibusdam placet) ornatè canendi. Hanc laudem sibi superiore ætate peregrinæ gentes, solam arrogauerunt. Germanosq; ab ea profus excluderunt. Vt autem intelligant eius nos non plane ignaros esse, de ea quoq; tradam præcepta aliqua, modumq; eius assequendæ ostendam, quo cogito, quilibet in hac parte se exercere possit.

Fateor autem artem suauiter & pure canendi uix integro uolumine comprehendì posse. Sed nos in præsentia contenti erimus, his quasi principijs. Erit fortassis aliquando tempus, ubi plura & perfectiora de hac re dicentur.

Iam uerò ut iuniores & nouicij habeant quandam Chirærogiam seu manuuctionem, Regulas quasdam & normas ad oscentibus suauiter eleganterq; canendi propositurus sum, quo oculos atq; mentem uelut ad scopum conuertant. Nec possum prætere ac dissimulare (uenia nonnullorum dixerim) conspicua uitia ac errata enormia eorum, qui cantiones, quas in manu atq; ore habent corrumpunt, & indignis modis deprauiant: Nam sæpè fit, ut boni commoda, mali incommoda non animaduertens lateant.

Principio

**Principio uideant, qui artem exercent Musicam siue quater-  
ternis pluribusq; uocibus id fiat, ut quæq; uox cantori selecto,  
atq; idoneo obueneat. Exempli gratia: Discantus tenera ac so-  
nora uoce, Bassus uerò asperiori & crassiori canatur, Mediæ  
æquabili uoce suas modulationes efficiant, & extremis uocibus  
suauiter & concinnè se applicare studeant.**

**Altera cura sit inter canendum, ratio & uia exordiendi,  
ut initium à fine in sono non discrepet, uox non minus sit des-  
pressa nec sublata, sed quodammodo Organi instar recte instrus-  
cti, integra & constans harmonia duret. Magna nimirum des-  
formitas est, uoce modo intensa, modo remissa uti, præsertim si  
unus pluresue in Arsi & Thesi peccent, perperam canitur, cons-  
fusio tetra sequitur, tantum abest, ut suavis Symphonia futura sit.**

**Deinde ne alia uox aliam obtundat aut clamore suo per-  
turbet, uideatur ne Discantus & Altus altius iusto assurgant aut  
euehantur, neue tanta uocis contentio aut expressio sit, ut multi  
mutato colore, facie nigricante, spiritu deficiente cernantur.  
Ut non rarò sine commiseratione & indignatione spectant,  
luculentas cantiones monstrose depruari & deformari, ore  
distorto & hiante, capite resupino & fibrato, barbarica uocis  
feratione ab ijs qui idem esse (falsa persuasione fascinati) boare &  
canere iudicant, quò deplorandum est. Bassistæ uerò mur-  
mure & susurro, ut crabro peroni inclusus perstrepunt, aut foli-  
lis rupti instar spiritum exhalant, quæ illa suauitas: quæ uenus-  
stas: quæ gratia huius cantus esse posset? Emendetur illud ubi-  
tium, festiua oda, nullius tam blanda uoce, tam perpolita, tam  
æquabili concini ac efformari potest, quin id ipsum magis desi-  
deretur. Nec enim mugitu & clamoribus cantus exornatur, sed  
animo ac cogitatione omnes uoces complectaris: quælibet uox  
quo magis intenditur, eo submissior & dulcior sonus usurpetur;  
quo magis descendit, eo sonus sit plenior ut in Organo arti-  
fiosè fabricato fistulis disparibus, grandioribus minoribusq;  
compacto, ampliores non supprimunt minores, nec minores**

sono arguto uincunt capaciores, ita ut concentus & consonantia sic æquabiliter in aures influat, ut una eademque uox tam acuta, tam mollis & placida, perinde ut altera manifestè exaudiatur, ut animos auditorum cum delectatione suauiter afficiat, atque ad affectum aliquem traducat. Si hæc organica opera præstant, multò magis homines rationis & doctrinæ capaces, eniti atque contendere decet, ut sonos confragosos & horridos uitare, uocem uerò eleganter fingere ac uariare discant.

Meminisse & illud proderit, si in initio cantus, elegans fuga occurrerit, hanc uoce clariore & explanata magis proferendam quam alioqui usu receptum est, & sequentes uoces, si ab eadem fuga quam prior cecinit ordiantur, simili modo enuntiandas esse: Hoc in omnibus uocibus, cum nouæ fugæ occurrunt, obseruandum est, ut possit audiri cohærentia & omnium fugarum systema.

Deinde textus commodè applicetur, non ut directè capituli notarum insistat, qui mos choralis Musicæ est, sed ut ab uno uel aliquo aptetur, reliqui consimiliter textum accommodent.

Nominatim & hoc teneatur, si notæ textum multitudinè excedunt, non tibi sit in bucca, a, o, aut u, sed semper quantum fieri potest, i uel e concinnè & dextrè applicetur.

Nullam quoque clausulam peregrinam infartias cantui colesaturis admixtis, nisi rem probè teneas, ne fiat cacophonia, ut sunt, quintæ, octauæ, aut nudæ quartæ, nec tantum tibi tribuas & arroses ut audito excellenti cantore arrepta clausula illa promiscue uti uelis, sicut hoc uitium non tam chartæ mandare quam oculis subijcere possem, Quàm tetra, quàm monstrosæ canendi rationes quotidie aures perfonent, passim, proh dolor, cernuntur.

Multi quoque de eorum numero sunt, qui Autodidacti nullo præceptore usi fidibus utcumque canunt, & illis coloraturis Organicis, quæ quidem mendosæ sunt, inter canendum uti non uerentur.

rentur, quorum aliqui optimas canulenas non secus ac catuli laciniás miserimè discerpunt.

Est uerò ratio coloraturarum singularis cuiusdam dexteritatis, naturæ & proprietatis. Suus cuiq; mos est. Multi in ea sunt sententia, Bassum esse colorandum, alij Discantum. Verùm mea sententia omnibus uocibus & possunt & debent coloraturæ aspergi, sed non semper, & quidem locis appositis, nec omnes uoces coniunctim, sed sede conuenienti colorentur, reliquæ suis locis, ita ut una coloratura expressè & distinctè ab alia exaudiri & discerni, integra tamen & salua compositione, possit.

Coloraturas uerò bifariam partior, alias gutturis, alias linguæ pono: Coloraturæ linguæ in solmifatione absq; textu usurpantur, ita quidem ne uoces, ut, re, mi, fa, sol, la, ore pleniore extorqueantur sed lenissimè & uelut abrupte effluant.

Coloraturæ gutturis in usu sunt, cum textus accinitur: Quod uerò nonnulli coloraturas gutturis non dissimiles capelle caprissanti conformant, errorem non leuem committunt, nam nulla suauitas nec distinctio aut proprietates coloraturarum dinoscitur, tremor tantum & inconditus atq; monstrosus sonus percipitur. Sed hæc est lex & natura coloraturarum, ut omnes notæ intra fauces conformatae, ac iam enunciatæ distinctè & expresse animaduerti possint. Ideo ferme omniū usitatarum clausularum exempla, quomodo colorari possint, proponam.

Postea & hoc notetur, cum finis cantioni impositus est, nemo de suo aliquid affingat (artificibus sit liberum qui cantionem corrigere possunt) ne propter cacophoniam cantus melodía turbetur.

Cæterum obseruetur & hoc, cantione absoluta, reliquæ uoces omnes pariter consulescant. Bassus tamen longiuscule protrahí

**protrahi potest ad Longæ mensuram, quod Symphoniacos maxime commendat.**

**Quid autem factò opus sit illis qui choros ac cœtus canentium regunt, quomodo uoce præeundum sit, proximo libro ubi de quærendis & inueniendis fugis & compositione agam, clarius & fufius ponderibus uocum ostensis tradetur, Hoc loco satis sit monuisse, in choro coloraturas non sine deformitate aspergi, nam cum una uox pluribus decantanda tribuitur, diffimilimas fieri necesse est coloraturas, unde & suauitas & toni natura obscuratur.**

**Restat nunc ut tradantur clausulæ, quæ ut plurimum præstantissimis Musicis in usu sunt, & quarum usus necessariò est retinendus: harum ueram naturam & proprietatem (quamuis peregrinum imperitoribus, & quidem adultis erit) adiunxi. His clausulis tuo arbitratu uti poteris, non solum in his in quibus scriptæ sunt, sed latissimè patet earum usus per secundam, tertiam, quartam altius aut profundius. Verùm uideas ut oculi atq; mens ad uoces *mi* & *fa*, tanquam ad scopum referantur, ne alia pro alia promiscuè usurpetur: nam ab his duabus uocibus tota pendet Musica. Eruditius multò ac maiori celeritate rem traderem, nisi mea sententia superuacaneum esset, nam qui eò usq; progressus est, ut possit his rectè & concinnè uti (nisi rationis expers erit) non dubium est, quin maiorem celeritatem, ac propè habitum diuturna exercitiatione consequi possit.**

**Subijciam igitur oculis Coloraturas aliquot clausularum formalium.**

A handwritten musical score consisting of ten staves. The notation is dense and includes various rhythmic values, accidentals, and dynamic markings such as 'p' (piano) and 'f' (forte). The score is organized into systems of two staves each. At the bottom right of the page, the text "T t uel" is written, likely indicating a section or measure.

Handwritten musical notation on ten staves. The notation includes various note values, rests, and dynamic markings. The markings "uel sic." appear on the third, fourth, and fifth staves, and "uel." appears on the eighth staff. The notation is dense and characteristic of 18th-century manuscript notation.





T r ij uel


uel sic.

uel

This image shows a page of handwritten musical notation, likely a score for a keyboard instrument. The page contains ten systems of staves. The notation is written in a historical style, featuring various note values, rests, and dynamic markings such as 'p' (piano) and 'pp' (pianissimo). The text 'uel sic.' is written above the second staff, and 'uel' is written at the bottom right of the page. The notation includes a variety of rhythmic patterns and melodic lines, with some staves showing complex rhythmic figures and others showing more straightforward melodic passages. The overall appearance is that of a manuscript page from an older musical score.



T t iij uel



*uel.*

*uel.*

*uel.*



Vt autem harum Coloraturarum (ut uocant) usus in ipsis Cantilenis conspiciatur: subiiciam exempli gratia, mutetam ad eam suauitatem & euphoniā, quam quis requirere potest, ac commodatam, Speroq; candidè iudicantibus hoc meum studiū gratum fore. Erit fortassis quispiam tam Lynceus, qui, si superstitiosa diligentia indagare singula, ac ad uiuum omnia refecare uelit, in inertis coloraturis aliquid elicere poterit, quod reprehendat: sicut nihil tam dextrè ac commodè dici potest, quod nō possit cauillari. Id quidem per me nemine monente iam multò antè uideo, imò de industria hoc committo. Cum enim coloratura leniter ueluti ore effluat, uoxq; alia aliam sine diuulsione & distractione in difficilia intervalla stringat, nemo est, qui errorem (si quis committitur) uel obseruet, uel adeò grauem existimet, quin absq; etiam lustrali aqua condonari possit. Nec mirum uideri debet, si interdum in quintula aut octaua fiat collisio, Nam nimia celeritas dissonantiæ facile medetur. Et quidem rarò id occurrit, ac à me mutari poterat, nisi satius iudicasset, hac in parte peccatum (si quod est) committere, quam inuisitata adhibere intervalla, quæ lingua humana quantumuis uolubili exprimi impossibile erat. Confido autem candidos lectores hæc qua dexteritate accepturos, aut meliora tradituros.


DISCANTVS.



*Te maneat semper*

ij.

ij.




ij.

ij.


ij.

ALTVS.



*Te maneat semper*

ij.



ij.


ij.

TENOR.



*Te maneat semper*

ij.



ij.

BASSVS.



*Te maneat semper*

ij.  
V u

Discans

DISCANTVS.

ij. ij. Te  
maneat semper ij. ij.  
ij. ij.  
ij. ij. ij. ij.  
seruante ij.

BASSVS.

ij. Te maneat semper te mane=  
at semper Te maneat semper ij.  
seruante ij.

Alcis.



ALTVS.

Te maneat semper te ma-  
 neat semper ij. ij. ij.  
 seruante ij.  
 ij. ij. seruante

TENOR.

Te maneat semper ij. ij. te mane-  
 at semper ij. ij. te mane-  
 at semper seruante ij.  
 seruante

DISCANTVS.

feruante Ecclesia Chri-  
ste infertosq;  
infertosq;  
si nos

BASSVS.

feruante ecclesia Christe infertosq;  
infertosq; infertosq;  
ipsi nos

Altus.


ALTVS.

ij. ij. eccle-  
lesia Christe infertosq;  
ij.  
ij. infertosq; ipsi nos  
fina.


TENOR.

ij. ecclesia Christe  
infertosq; ij. infertosq;  
ipsi nos Vu ij Dicant

DISCANTVS.



*tua dextra*



*te*

*gat nos*



*tua*


*dextra*



*to*

*gat.*

BASSVS.



*tua*


*nos tua dextra tegat*



*nos*

*tua*

*nos tua dextra tegat.*



**Altus.**

ALTVS.

Musical score for the Alto voice part, first system. It consists of three staves. The first staff contains the melody with lyrics: *dextra* *tegat* *nos*. The second staff continues the melody with lyrics: *tua* *dextra* *te-*. The third staff continues the melody with the lyric: *gat.*

TENOR.


Musical score for the Tenor voice part, first system. It consists of four staves. The first staff contains the melody with lyrics: *tua* *dextra* *te-*. The second staff continues the melody with lyrics: *gat nos tua*. The third staff continues the melody with lyrics: *dextra* *te-*. The fourth staff continues the melody with the lyric: *gat.*

Secunda

SECUNDA PARS.  
DISCANT.




*Tres uelut in flamma testes*



*tres uelut in flamma testes*




*Tres uelut in*



*flamma testes*


*tres uelut*




*in flamma testes*

*in flamma*

BASSVS.



*Tres uelut in flamma testes*



*ij.*


*Tres uelut*

**Altus,**


ALTVS.



Tres uelut in flamma testes



Tres uelut




in flamma testes



in flamma


TENOR.




Tres uelut in flamma testes



Tres uelut



in flamma testes



in flamma

X x

Discano

DISCANTVS.

te stes Babylonide seruas  
u<sup>as</sup> Babylonide seruas  
rex ubi presentem  
te uidet esse

BASSVS.

tres uelut in flamma testes Babylonide  
ij. ser uas ij. rex  
ubi presentem te uidet esse Deum


Alcus.




ALTVS.




testes Babylonide seruas ij. ij.



ij. rex ubi presentem




te uidet




esse


TENOR.



ij. Babylonide seruas Babylo-



nide seruas



rex ubi presentem te uidet esse Deum  
X x ij Discans

DISCANTVS.

Deum rex ubi presentem  
te uidet esse Deum.

ALTVS.

Deum rex ubi presentem  
te uidet esse Deum.

TENOR.

ij. rex ubi presentem te uidet esse  
Deum.

BASSVS.

rex ubi presentem te uidet esse Deum.

Non

Non sum nescius candidè Lector : Omnia, quæ intra limites huius amplissimæ artis coërcenda erant, hoc meo qualicumq; scripto nec comprehendi nec absolui potuisse. Confido autem studium meum aliquibus tamen bonis approbatum iri, quorum candori ac patrociniò hinc me etiam qua debeo reuerentia commendo. Posthac ubi cognouero diligentiam meam plerisque saltem comprobari, tempus & occasionem nactus, etiam rationem conformandi suauem contrapunctum, componendi & inquirendi fugas, & quomodo in fantasijis (ut uocant) appositæ fugæ, & totius Symphonix systema pro textuum uariatione concirandis affectibus, inseruire debeat, Deo dante fideliter in lucem sum editurus. Vale.

## AD D. HERMANNVM FINCK.

**O**Mnia, qui uasti fecit primordia mundi,  
 Ordine distribuit conueniente Deus.  
 Seu placet in superas oculos attollere sedes,  
 Seu terra certas commemorare uices.  
 Præcipuè in nostro sic iunxit corpore uires,  
 Ut sint harmonicis omnia iuncta modis.  
 Hæc series oculis, & grata mente notanda est,  
 Nam sumus eterni dulcis imago Dei.  
 Nec spernenda tibi suauis modulamina cantus,  
 Istius quoniam sunt documenta rei.  
 Vnanimis uaria concentus uoce triumphat,  
 Efficit & concors unius artis opus.  
 Dum quoq; concordēs sociat mens ardua uires,  
 Laudatum humanæ sit rationis opus.  
 Sed quia nature subuertunt omnia mores,  
 Rara uiget uirtus, ars quoq; rara uiget.

Et licet ipse suam cytharam tibi donet Apollo,  
 Ut uincas modulis Orphea forte tuis.  
 Vix tamen effugies obscura tedia uite,  
 Vix stabunt rapidis carbasa tuta notis.  
 Temporis ista gemit concentus fata Magistra,  
Quæ curis reliquum non sinit esse locum.  
 Idq; magis tantò, quantò sua munera plures  
 Ignaua cernit surripuisse manu.  
 Inter opus sibi sepe suum uel postulet aures  
 Surdas, aut alio posse labore frui.  
 Vix bene repperias de mille canentibus unum.  
 Qui proprio uoces qualibet ore canat.  
 Et tamen hoc ipso longè mihi rarior alter,  
 (Hæc bona distingui si modo tanta queunt)  
 Dulcia qui uario iungat modulamina cantu,  
 Ut distent spacijs disita quæq; suis.  
 Hæc quicumq; suum celebris caput extulit arte,  
 Præ reliquis certè dignus honore uiris.  
 Et, nisi nos fallunt sapientum dicta, uel usus,  
 Ad reliquas artes qualibet aptus erit.  
 Gallos Cantores uulgo dicticia iactant,  
 Nescio Germanis quæ mala fama nocet.  
 Hæc quicumq; fuit primus qui protulit autor,  
 Censor Germanis non satis equus erat.  
 Aut certè causas oculis non uidit apertis,  
 Hactenus ingenijs quæ nocuere bonis.  
 Gallia Cantores curat Germania Martem,  
 Horrida plus placidis cantibus arma placent.  
 Sumptibus illa fouet iuuenes, nec spernit adultos,  
 Musa quibus nomèn contulit ipsa suum.  
 Hæc est militibus facilis qui classica clamant,  
 Inde manet doctas gratia rara Deas.  
 Artifices quoties rerum penuria preffit?  
 His quoties tristi clausa senectæ die?  
 Quis cupiat studijs igitur magnòque labore  
 Quærere tela suæ sortis iniqua sibi?  
 Quis demens inopem sibi diligit arte senectam?  
 Dum ferat ignauus splendidiora dolus.

Ergo

Ergo macte tua uirtute Hermanne maligno  
 Fatorum insultu ne moueare precor.  
 Tu genus ipse tuum decoras, tu nomen auitum  
 Natura uincis, uincis & arte potens.  
 Dotibus est iunctis magnum certamen in istis,  
 Nec scio quid primum possit habere locum.  
 Cantandi fuerat prestans Henricus in arte,  
 Qui tibi cognato sanguine iunctus erat.  
 Ingenij uirtus te nunc habet ista secundum,  
 Stet penes ut uestrum gloria parta genuit.  
 Tu Crequilonem facilem, suauemq; Phinoten,  
 Artifices proprios quos imiteris habes.  
 Clementemq; refert cantu tua Musa Magistrum,  
 Qui Pape patrio nomine nomen habet.  
 Seu bona, seu mala sit, loquitur res queq; Magistrum,  
 Discipulus mores sepe docentis habet,  
 Sed tibi perpetuus dederit Germania laudes,  
 Quod patrie cupias adseruisse decus.  
 Non que parta tenet grata est uictoria, partis  
 Grator est addens ulteriora bonis.  
 Principium spondet progressus grande secundos,  
 Dum iuuenis multos uincis in arce senes.  
 Quid memorem artifices grata breuitate labores?  
 Contulit hoc ipso quos tua cura libro.  
 Non dubito semel hanc lector qui legerit artem,  
 Plus leget, & grates plus aget usq; tibi.  
 Perge bonis auib; uicturum extendere nomen,  
 Hermanne ingenij maxime dote tui.  
 Qui cupit harmonico cantari carmine Christus,  
 Dum non destituat pectora nostra fides:  
 Ille dabit precium, posces quodcumq; labori,  
 Donec erit uita meta peracta tua.  
 Tu confide Deo, coeptos nec desere cursus,  
 Quos tamen ut possis continuare, Vale.

Simon Proxenus  
 Budwicensis.

F I N I S.